

Ἐν ὁρῶ

SYLLOGE QVÆSTIONUM PHI- LOSOPHICARUM, OPPOSITA

Novitatibus quibusdam

Ac

Censuræ publicæ

*Dextrè philosophantium & eorum, qui in adyta
Philosophiæ penetrarunt vel penetrare satagunt,*

subjecta

à

M. MICHAELE WOLFIO,
Physices Profefs. Publ.

Respondente

MICHAELE BETHMANNO, Quedlinburg. Sax.

Ad 21. diem Januar. in ægeodot Majori.

Scaliger Ex. 194. sect. 4.

Duz sunt Aquilæ SOLAR in natura rerum: altera bellicæ laudis: altera litera-
riz: illa potentiz, hæc sapientiz. Cæsar & *Aristoteles*. Unicus Poeticæ Sirenophæ-
nix, Virgilius. Quibus, ut ait de Bachylide Pindarus, obstrepunt & obclangunt
inepti Milvi, Corvi, Vultures etiam Noctuz atque Vespertiliones. Illi verò
ἄνθρωποι, τοῖς ἐκείνων ἀίμασι.

7 E N Æ

Typis HENRICI Rauchmauls.

ANNO clō Idc xv.



VIRIS

*Magnificis, Reverendis, Amplissimis, Excellentissimis
& Clarissimis*

- Dn. ZACHARIÆ BRENDELIO Med. Doct. & p.
t. Rect. Acad. Jen.
Dn. M. BALTHASARI GUALTHERO Pro-
rect. design.
Dn. ALBERTO GRAWERO SS. Theol. Doct.
Dn. JOHANNI MAJORI SS. Theol. Doct.
Dn. PETRO THEODORICO J. U. D.
Dn. JOHANNI GRYPHIANDRO J. U. D.
Dn. ELIÆ SCHRÖDERO Coalb. J. U. D.
Dn. BERNHARDO Bertram LL. Candid.

Dnn. Promototibus, Præceptoribus, respectivè Professori-
bus, Hospitibus & Conterraneis observ. & grati-
ergò offert

RESP.

MAGNUS Aristoteles cui non est *MAGNUS*, is unquam
Vix poterit dici MAGNUS: sic judicat omnis,
Qui modò quid VERUM, quid FALSUM novit: ineptus
Ergò abeat Momus, cum nil, nisi carpere possit.

M. B.



Προάλιον.

Veritati litandum est: igitur quod de-
cet & oportet quæstionibus in sequentibus pro-
ponemus.

QVÆSTIO I.

*In quo consistat vera ratio, ut materia
alia dicatur prima?*

Duo sunt potissimum, in quibus ea consi-
stat. ~~Primum sumitur à negatione prioris, quia
nullum datur subiectum prius, quod sit rece-
ptivum formarum; unde Arist. l. 1. Phys. t. 82.
definit materiam, quod sit unicuiusq; subje-
ctum primum. Alterum in eo consistit, quod relationem ha-
beat ad materiam secundam, ita quidem ut hæc sine illa esse
nequeat.~~

QVÆSTIO II.

*In quo consistat vera materia secun-
da ratio?*

~~Id facile è precedenti quæstione licet colligere: nimirum, quia materia prima primum est subiectum formarum, & ideo hæc convenit eam esse compositum proprie, hoc est, compositione Physica, alioquin non esset primum unicuiusq; subiectum. Materiam autem secundam compositum esse nihil verat, imò tale est: cum enim compositum per formam aliquam subsequenter magis perficitur, tunc se illud habere dicitur instar materie secunde, uti satis patet in mistis & in animatis.~~

Kechem.
Wending.

QVÆSTIO III.

An detur ejusmodi materia prima, quæ
constituat corpus naturale, quâ naturale est?

Hanc sententiam videtur
re Horn. Phys. 1. 1. p. 30.
p. 15. 16.
p. 19.

Ita vult Keckerm. l. 1. Phys. c. 2. dum ait, materiam primam nequaquam constituere tale vel tale corpus in specie; sed supremum illud genus in scientiâ Physicâ, puta corpus naturale, ita quidem ut materia aëris tanquam corporis simplicis neutiquam sit materia prima; sed adhuc communior, quæ constituat corpus naturale quâ naturale. Verum minus se rem ita habere exinde patet. D Si genus & species se ipsa idem sunt, ceu nobiscum fateretur Keckerm. utique non repugnat corpus naturale tanquam genus & ejus speciem habere eadem principia essendi. Ratio est in promptu, quia propter principia essendi aliqua dicuntur esse idem secundum rem. Atqui prius est. Ergo D Si abstractio ab individuis & speciebus hanc communem naturam, quæ est corpus naturale, utique & principia ab iisdem, me oportet abstrahere, & per consequens non statim alia est quaerenda materia corporis naturalis, quam quæ est individuorum & specierum, à quibus abstracta est. Atqui prius est. E Majoris ratio datur hæc; quia si consideres animal, uti illud est in homine, & postea abstrahas tum ab homine tanquam specie, tum ab individuis hanc communem naturam: eertè non propterea alia erit animalis materia, alia hominis &c. D Talis hinc intelligitur materia prima, à qua secunda habeat dependentiam, & ex quâ secunda tanquam è subjecto priori constet: Atqui talis non est materia Keckermanni prima. E Major patet ex dictis. Minor probatur, quia illa se habet ut genus ad speciem: aut genus à specie potius habet dependentiâ, sicuti & species ab individuis, quàm contrâ. D Si idem re sunt materia prima & secunda habentq; se ut genus & species: utique quam admodum ratione unius suppositi animal non magis compositum est, quàm homo, ita quoq; & materia secunda non magis ratione unius suppositi composita erit quàm prima. Atqui falsum est consequens. E Ratio connexionis in majore

et individ.

et

man
p. 19. 20. 21. ad
tam

Et sic
p. 19. 20. 21. ad
tam

1. in no exponit: e. g. ut non sit sic sit re est
long ad tam prima et talis
2. g. ut non prima sit long ad tam
sit ut inimpale ad spes. Sic.

re est manifesta. Minor probatur, quia vel *Keckerm. teste. l. i. i.*
Syl. Log. materia secunda est compositum materiale, ut cor-
pus mistum quatenus est materia hominis; aut materia pri-
ma illi tam simplex est, ut supra illā aliam simpliciore m fin-
gere non liceat. Longē itaque alia est ratio materiæ primæ &
secundæ, quam ut ea à Keckermanno nobis descripta est.

Keckerm. p. 1.
Wending.
QVÆSTIO IV.

1. dicitur materia prima.
6. et est forma prima. man.
n. et forma ad aliqd.
2. in ot. priora et tunc.
pro materia ad aliqd.
ad prim. et in
que pp. finalis
et materia est materia et sic.
man n. per / sit nec
in pri.
similit. & man.
Utrum similiter detur prima forma, qua
cum materia simpliciss. constituat corpus pri-
imum naturale?

Quod diximus de materia *Keckermanni* prima, illud
ipsum judicare quoque licet de forma prima. Ejus autem
sic innotescet. **1. Si propterea danda est forma prima,**
que communis sit omnibus corporibus naturalibus, **quia**
formam in genere considero; hoc est, ab inferioribus
communem naturam abstraho; dabitur quoque prima for-
ma canis, leonis &c. Atqui consequens falsum est. E. Ratio
connexionis est, quia utrobique eadem est ratio, siquidem ne-
gari non possit à dictis omnibus communem ejusmodi natu-
ram abstrahi posse. Minor probatur, quia illa forma pri-
ma vel idem re est cum ea, à qua abstrahitur, vel non. Si il-
lud frustra ponitur ejusmodi primitas formæ: sit hoc, fal-
sum est **formam primam se habere ut genus ad formam se-**
cundam tanquam speciem. Secundo: Si forma prima dan-
da est ob dictam *Keckermanni* rationem, utique quoque dan-
da erit hæc atque illa prima forma: Consequens juxta *Keck-*
ab absurdum est. E. Ratio majoris est, nam quemadmodum
propterea datur commune *von quæ* quod est animal, quia datur
hoc animal, ita quoque dabitur propterea *nabôn & von quæ* quod
sit forma prima, quia datur hæc forma prima. Minor proba-
tur, quia *Keckerm.* forma prima constituit corpus primum
generalissimum: quod si jam detur hæc forma prima, dabi-
tur quoque hoc generalissimum corpus, & conseq. omnia
corpora singularia erunt generalissima. **Tertio:** quod de-
pendet ab alio, illud non tam dicendum erit primum, quam
secun-

QVÆSTIO VII.

An nihil sit in re quapiam, quod non actus sit in suis principiis?

Sic quidem nonnulli minus cautè & rectè philosophantur; verum quod hoc ut plurimum falsum sit, probatu non erit difficile: quippe sic omnia astra erunt actu calida, quia calorem in inferioribus causantur. Sic vinum erit ebrium actu, quia facit homines ebrios: sic forma erit actu compositum, quia constituit compositum: Sic in Deo actu est quantitas molis, quia in principiatis quibusdam est quantitas molis. Sed quid in hisce moramur?

QVÆSTIO VIII.

An omne principium agat?

Sic statuit Scalig. Ex. 307. f. 27. inquit, materiam non esse unum ex principiis nisi ageret. Unde videtur astrui universalitas illius, omne principium agit. Verum si tantopere Scalig. hac in parte credendum est: qui privatio erit principium activum: negari enim non potest secundum eundem Ex. 365. f. 1. privationem a deo suo modo principium esse, ut etiam fuerit ante Mundi constitutionem? Sed si penitus causalitatem materiæ introspexerimus: apparebit nullam actionem ei debere tribui. Est verò ea, puta causalitas, duplex, una ratione formæ; altera ratione compositi. Et cum de posteriori sit controversia, nos sic probamus ei nullam actionem competere. Quæcumq; eo ipso, quo compositum ingreditur, patitur vel maximè, illud tum agere nequaquam dicitur. Atqui Materia eo ipso quo compositum ingreditur, patitur vel maximè. Ergò. Probo minorem, quia tum actuatur: perficitur, determinatur, restringitur: quæ omnia an quis malit tamen nunquam aliquis persuadebit esse passiones Grammaticas. Patet hinc, quid respondendum sit illis rationibus: materia constituit, materia dat esse, E. agit. Non enim vocabula,

ob.

1. in re ipse agit

2. Prima Materia ista in agere

neg. fac.
vid. Scal. 311 p. 2
x. An. 9. 4.

fabula, quod cum primis Grammaticiest, hac in parte; sed
causalitas materiæ respicienda est.

QVÆSTIO IX.

*An privatio sit principium fabu-
losum?*

Sic fabulosi videri potest; sed quod ita non sit, inde
patet: *Quodcumq; per se est principium generationis, illud non est
fabulosum principium. At privatio est tale* E. Major probatur,
quia principium generationis per se est terminus à quo: ter-
minus autem à quo qui fiet fabulosum? nam sic etiam ter-
minus à quo itineris esset fabulosum quid. Minor negari non
potest. Si saltem attendatur quidvis non fieri ex quovis; sed

ex eo quod aptum natum est & privatum illo ipso, cuius gra-
tia dicitur esse aptum natum. Nec sufficit saltem pro condi-
tione privationem agnoscere: nam & sic in motu quovis, ter-
minus à quo esset saltem conditio; cuius tamen contrarium
apertè in motu locali licet cernere. Deinde pari passu ambu-
laret cum potentia ad formam, nec non cum forma inter-
eunte: quod fieri non debere ex eo manifestum est. Quia
cum potentia formaliter dicat habilitatem ad formam, &

consequenter formam non esse actu in materia; privatio ve-
rò e contrariò se habeat: igitur potentia reducitur ad mate-
riam, & pro eodem cum ea habetur principio. Formam ve-
rò intereuntem quod attinet, cum illâ propterea privatio
conferri non potest, quia forma illa abiens non includitur
in formali ratione generationis, sicuti privatio formæ geniti.

QVÆSTIO X.

*An enunciatio rectè definiatur per
Orationem?*

Qui negant, illi hoc ducuntur medio, quia muti di-
cuntur facere propositiones mentales, licet easdem animo
conceptas verbis exprimere non possint. Ast, bone DEUS!
idem ne sunt Enunciatio & propositio mentalis? Equidem

*In sol. extra mater op.
dicitur e suo qualis*

to

*potia ad formam,
&
privatio formæ
idem non te
potia n. ad formam ubi
aliud e, q. ipsa ma.
In celo e potia (passiva)
ad formam, q. e potia idi-
diana; n. a. in celo e
privatio formæ.*

sic iudicārim: illum aliquid enunciare, qui articulata voce
 aliquid profert, non qui mente concipit tantum termino-
 rum aliquam compositionem, ac divisionem: Id quod mu-
 tus præstare dicitur, nequaquam verò quasi enunciet. Sed
 posito, non concesso, idem esse enunciationem & proposi-
 tionem mentalem: quæ si verim, num pugnent contra Ari-
 stotelem? Affirmabitur procul dubio. At si hoc: dico ipsi
 fieri injuriam, quia in libro *ἠὲ ἐγώ*: non aliter de Enuncia-
 tionibus agitur, quam quatenus manifestant conceptum
 mentis. Et sic Oratio ab Enunciatione tolli non potest. Præ-
 terea ponamus & hoc non esse, dicendo orationem loco ge-
 neris non debere poni: quid fiet de græco illo Arist. *λόγος*?
 Nam cum *λόγος* secundum Arist. *l. 1. post. c. 10. r. 77.* aliis sit
 externus, alius internus: malè à genere ad speciem deter-
 minatè concluditur. Non enim sequitur, Animal est, E.
 homo est: sic etiam non sequitur *ἄνθρωπος* ab Aristotele de-
 finitur quod sit *λόγος*, E. est *λόγος* *ἡ ἐξ ἑαυτοῦ*. Sed hæc dicta
 velim, ut accuratius veritas inquiratur, rogans, ne pars ad-
 versa cum statim impugnet, quem non intelligit.

QVÆSTIO XI.

An omne Ens finitum habeat ma- teriam?

Sic volunt moderni nonnulli, dum cum *Scal. Ex. 359. f.*
 12. ajunt: *nihil esse quod non habeat materiam, uno DEO excepto.*
 Ne vero cuipiam hoc mirum (quod certè mirimum est) vi-
 deatur, probant ex eo 1. quia omne Ens finitum est compo-
 situm, 2. omnis res habet suam formā, 3. omne Ens finitū est
 compositum sive totum essentialē. *Verumenimverò si hoc ita*
se habet, scire a veo, num forma illa simplicissima constituens
corpus primum naturale juxta Kecker. sit finitum? Affirma-
bunt utique. Quæro ulterius, num habeat materiam? Non
negabunt, si aliàs suam thesin defendere voluerint: at si hoc
ulterius quæram, an & hæc habeat suam materiam? Et sic
infinitum. Nec est, ut regerant distinguentes inter principia
prima & secunda: nam quod hoc Scaligero adverteretur, quis
est, qui ex ejus verbis nequeat colligere. Subsistendum,
itaque

itaque est in aliquo quod infra DEUM collocatum compositionem & quidem essentialem, respuat, adeoq; rationes superius dictæ sint NULLÆ.

QVÆSTIO XII.

An nihil sit, quod non suam habeat formam?

Si hoc verum est, sic argumentabimur: Omne quod non est nihil, habet suam formam; Atqui forma non est nihil: E. forma suam habet formam. En iterum in infinitum progressus? Nihil addimus.

QVÆSTIO XIII.

An essentia sit non Ens & tamen sit aliquid?

Næ malè sic disputat, qui affirmativam tueri non veretur. Unicum contrà apposuisse sufficiat: *Essentia est non Ens*; Atqui DEUS est essentia, E. est non Ens. Conclusio est impia, blasphema & absurda: ergo & quædam præmissarum: atqui non minor; E. major, quæ est partis adversæ. Absit autem, & procul absit DEUM non tam esse Ens, quam essentiam. Et si enim non ignoramus *Scaligero Ex. 365. f. 5. videri*, quasi usus rectè non extorserit, de DEO in concreto attributa prædicari: tamen, ut dicamus quod res est, subtilitas hæc nimis spissa est, & tantum non *Linguam Spiritus sancti* corrigit. Quæ si verimur autem non immeritò quæ sit ratio, cur non aliquid tanquam concretum prædicetur de Essentia; unum verò & bonum non item? Nulla omninò est ratio diversitatis. Objectio, quâ dicitur, *principium Entis non esse Ens*, perinde (ut nihil hac vice de principiis Entis moneamus) videtur esse comparata, ac si quis ita velit argumentari: *Principium hominis non est homo*; Pater est principium hominis, e. g. filii. E. Pater non est homo. Reliqua in ipsa *συζήτησι* addemus. Nam ita statuimus: esse non Ens, & esse aliquid, est *σὺν ἑσῶλον* atq; atramentum album.

AB

M. Styal / p. p.

Obi.

QVÆSTIO XIV.

*An falsa sit hæc Entis definitio: Ens
est id quod est?*

Si falsa est hæc definitio, ut cuidam videtur, vera erit quæ
huic contradicat: Si ideoq; Ens non est id quod est, illud per
infallibilem consequentiam id erit Ens, quod non est. Con-
sequens absurdum, ut patet, E. & antecedens. 2. Si hæc de-
finitio falsa est & secundum hanc DEUS est Ens; non verò
secundum illam, Ens est quod habet essentiam (quamvis &
hæc de DEO verè enunciari possit in sano sensu) falsò DEUS
erit Ens, quod est absurdorum absurdissimum.

QVÆSTIO XV.

*An inter Esse & non Esse detur
tertium?*

Hæc de quæstione quid sentiendum sit: operæ pretium
non est, ut nostram aperiamus sententiam. Sapientes pro
nobis loquentur & judicabunt. Interea consulatur *Aristot.*
lib. 4. Met. c. 4.

ENTI ENTIVM DEO OPT. MAX.

LAUS ET HONOR.

